FLORA.

№ 48.

Regensburg. 28. December. **1845.**

Inhalt: Krauss, Pflanzen des Cap- und Natal-Landes. (Cyperaceae.) — Harzer, naturgetreue Abbildungen der Schwämme.
Anzeigen. Göring's Japanische Pflanzen. Verkauf eines grossen Herbars. Werke von Fée. Empfangs-Anzeige. Nachricht an die Leser der Flora.

Pflanzen des Cap- und Natal-Landes, gesammelt und zusammengestellt von Dr. Ferdinand Krauss.

(Fortsetzung.)

Subclass. 2. Glumaceae.

Cyperaceae Juss.

Trib. 1. *Cypereae.*

Cyperus atratus Vahl. (C. lanceus Thunb. in schedulis scriptis.) *) — In arenosis planitiei capensis, Nov.

205. *C. atratus Vahl.* var. *major macrostachya.* (C. bromoides in schedulis scriptis). — Ad ripas fluvii Umlaas, Natal, Decemb.

C. lanceus Thunb. (C. lanceus β. macrostachyus in schedulis scriptis). — In paludibus Knysna, Jan. **)

---

*) Neesius et Kunthius specimina omnino congrua in Herb. Eckl. Un. it. snb nr. 885. nomine *Cyperi lancei Thunb.* edita ad hunc sine ullo dubio citant, unde primum eodem nomine inscripseram; sed planta nostra exactissime quadrat in figuram et descriptionem *C. pumili Rottb.*, qui *C. ater Vahl* (cfr. Rottb. p. 29. t. IX. fig. 4.), ut de identitate dubitare non possim. Rottboellius plantam suam a Königio accepit, nec vero patriam indicat; sed hic multas plantas in Capite b. spei lectas misit nec solum Indiae orientalis incolas, unde suspicor plantam a Rottboellio depictam capensem fuisse. Phrasis Thunbergiana de *Cypero lanceo* magis in specimina a Kraussio nostro in paludibus „Knysna" lecta quadrat, de quo vide sequentem notam.

**) Differt a duobus praecedentibus non solum habitu robustiori, sed etiam spiculis in umbellae radiis multo copiosioribus et forma ovato-lanceolata gaudentibus, nec non spicularum squamis multo magis approximatis et densius imbricatis. Hinc species a prioribus distincta et verus *C. lanceus Thunb.* esse videtur.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0372-9

415 et sine nr. *C. turfosus Salzm.* *) — Ad ripas fluvii Umlaas, Natal, Octbr. — et Zitzikamma, Mart.

189. *C. micans Kunth.* (In schedulis scriptis C. rotundus L.) — In palustribus prope fluvium Umlaas, Natal, Dec.

213 et s. n. *C. polystachyus Rottb.* — Ad fluvium Umlaas, Natal, Dec. — et ad latus m. Tafelberg, nec non in Zitzikamma.

C. tenellus L. — In arenosis planitiei capensis, Nov.

64 et 357. *C. sexangularis Nees.* — Ad ripas fluvii Umlaas et in locis humidis prope Pieter Mauritzburg, Natal, Octobri, Decembri.

10 et 230. *C. albo-striatus Schrad.* — In umbrosis sylvarum Natalensium, Jun. — Dec.

C. denudatus L. — Ad ripas fluvii Zonder Ende (Zwellendam), Nov.

215. *C. sphaerospermus Schrad.* — Ad ripas fluvii Umlaas, Natal, Dec.

165. *C. aequalis Vahl.* — In lacustribus prope fluvium Umlaas, Natal, Dec.

16. *C. sphaerocephalus Vahl.* — In summitate montis Houtbosh Rand inter fluvium Umgani et Mooi, Natal, Dec.

324. *C. sphaerocephalus*, *C. leucocephalus Knth.* — In graminosis circa Natalbai, Jul.

97. *C. Tenorii Presl.* (C. retusus Nees in schedulis scriptis ex commutatione). — Prope fluvium Umlaas, Natal.

161, 162. *C. egregius Kunth.* — Ad ripas fluvii Umlaas, Natal, Dec.

65. *C. egregius Kth.* var. foliis latioribus et robustior (an C. eminens Klein — sic in sched. scriptis). — In lacustribus prope fluvium Umlaas, Natal, Dec.

C. dives Del. — In palustribus prope fluvium Umgani, Natal, Novemb.

79. *C. latifolius Poir.* (C. obliquus in schedulis scriptis). — Ad ripas fluvii Umlaas, Natal, Dec.

211. *C. latifolius Poir.* var. *angustifolia* (an C. retusus Nees?

---

*) *Cyperus Eragrostis Vahl* in schedulis scriptis, sed perperam. Induxit in errorem Kunthius, qui in Cyperographia synoptica pag. 7. *C. turfosum Salzm.* inter synonyma *C. Eragrostis Vahl* citat. In plantis Schimperi abysinicis nr. 1267. verus *C. Eragrostis Vahl* occurrit, quem Steudelius noster in schedulis tanquam novam speciem nomine *C. intermedii* introduxit et in Flora 1842, p. 518 descripsit, cum *C. diandro Torrey* et *punctato Roxb.* conferens, de planta Vahliana omnino silens, quod mirum est. Planta capensis nostra cum planta Salzmanni ex itinere Tingitano (exsiccata specimina dedit sub nomine *Cyperi turfosi*) exactissime congruit, nec alia species est ille Cyperus, quem a Schimpero in Abyssinia lectum sub nr. 745. Steudelius in schedula nomine *C. distichophylli* insignivit et in Flora 1842 pag. 582 descripsit.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0373-5

ut in schedulis scriptis) *) — In paludosis prope fluvium Umlaas, Natal, Dec.

C. Thunbergii Vahl. — In uliginosis planitiei capensis Julio, Augusto.

C. solidus Kunth. var elatior. — Ad rivulos per tot. Langekloof (George), Mart.

C. tabularis Schrad. **) — Prope fluvium Kromme (Uitenhage), Martio.

n. sp. 287. *C. vestitus Hochst.* Culmi basis bulbosa, scilicet squamis sanguineo-spadiceis foliorumque vaginis emarcidis pallidis dense vestita; culmus ipse (vel plures ex una radice) digitalis vel spithamaeus, triqueter, glaber, praeter folia basilaria plura eundem subaequantia vel breviora et anguste linearia, superne angustissime attenuata scabraque nudus; umbella terminalis composita, 3—5radiata, involucrata; involucri 4—5phylli foliola inaequalia, duo extima umbellam longe superantia, tertium vix aequans, quartum et quintum, si adest, multo breviora; radii pollicares aut breviores, intermedius brevissimus, umbellulae vel spicae capituliformes 7—13-stachyae, spiculae patentes, 5—9 florae, lineari-lanceolatae, compressae, squamae sanguineae, naviculari-carinatae, ovatae, novemnerviae, nervus carinalis in mucronem validum subrecurvum excurrens; stamina tria, stylus usque ad medium trifidus, achenium trigonum.

Habitu priori similis, nec non ad *C. semitrifidum Schrad.* accedere videtur; sed culmo bulboso, foliis minime rigidulis, spicularum in capitulis et flosculorum in spicula numero aliisque notis differt nostra planta, ad quam etiam pertinet *C. solidus Kunth* var. c in plantis Dregeanis addito in schedula signo interrogationis. — In solo arenoso ad sylvarum margines circa Natalbai; Julio.

n. sp. 207. *Cyperus natalensis Hochst.* Culmus $2\frac{1}{2}$—3-pedalis, triangularis, glaber, basi aphyllus, vaginis aliquot striatis vestitus, spithamam supra basin vagina una vel plerumque duabus foliiferis praeditus, superne nudus, foliorum lamina planiuscula vel plerumque complicata, crassiuscula, vix spithama longior, glaberrima; involucrum 2—3-phyllum breve, umbellae radiis longioribus plerumque superatum; capitula plura (plerumque septem) polystachya, umbellatim congesta, inaequaliter pedunculata, rarius pauca fere in unum subsessile contracta; spiculae copiosae lineari-lanceolatae, acuminatae, compressae, dilute fusco-stramineae, 10—12-florae; spiculae rhachis alata,

---

*) Cfr. Sieber Herb. Fl. Maurit. nr. 7., ubi verus *C. retusus Nees.* Ille enim, quem Steudelius in Flora 1842, p. 582 identicum facit et descriptione illustrat, in plantis Kotschyi Nubicis sub nr. 52. et in Schimperi Abyssinicis nr. 1199. editus — alia species est, a Neesio in litteris ad me scriptis *C. Hochstetteri* appellatus.

**) In schedulis scriptis *C. solidus Kunth* β. *humilior* — forsan recte, quum haec varietas Kunthiana ipsissimus *C. tabularis Schrader* esse videatur, quem Kunthius in Cyperographia inter species a se non visas et dubiae affinitatis enumerat. Facile etiam *C. solidus a.* ad *C. tabularem Schrad.* pertinet.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0374-1

squamae obovato-oblongae, obtusiusculae, naviculares, 8—11-nerviae, nervo carinali viridi crasso, lateralibus pallidis, versus margines luteolae vel afflatu rubicundo-pictae; stamina tria, stylus trifidus, achenium triangulare.

Species dinctissima, ad Cyperos Kunthii *pennatos* (sectio 17 in Cyperographia synoptica) referenda; quoad spiculas proximus est C. crassipes Vahl, sed aliis notis, praesertim foliis et involucro longe abest. — In locis palustribus ad fl. Umlaas, Natal, Dec.

n. sp. *C. rhigiophyllus Hochst.* (C. rigidifolius *Hochst.* in schedulis scriptis). *) Radix repens, stolones subterraneos longissimos, squamis seu vaginis fuscis tectos emittens; culmus basi foliosus, rigidus, ultra pedalis, triangularis, glaber, folia plana, 3—4-lineas lata, rigida, ad margines scabra, culmo breviora vel eum subaequantia; spiculae sessiles plurimae in capitulum hemisphaericum coarctatae, involucrum triphyllum foliolis inaequalibus, capitulum superantibus, margine scabris, extimo longissimo; spiculae compressae, lineari-lanceolatae, 7—9-florae, squamae navicnlari-compressae, novemnerviae, pallide stramineae, ad margines luteolae, nervo carinali brevissime mucronato, mucrone squamam non superante; stamina tria, stylus trifidus, achenium immaturum oblongum trigonum.

Habitu C. polystachyo Rottb. similis, sed robustior et stylo longe diversus. — Ad arenosos Kunthii pertinet. Locus specialis non notatus.

Mariscus macrocarpus Kunth. — Ad ripas fluv. Umlaas, Natal, Dec.

n. sp. 6. *M. Kraussii Hochst.* Monocephalus; capitulum viridi-album ovato-rotundum vel ellipticum, sessile, involucrum 3—5-phyllum longissimum; spiculae 5—9-florae, squamae vacuae plerumque duae, persistentes, nervosae, pellucidae, squamae fertiles late ovatae, 17—21-nerviae, albidae, subpellucidae, nervo carinali versus apicem incrassato; achenium apiculatum, obovatum, aequilatere trigonum, dilute castaneum, sub lente minutissime punctulatum. Culmi triangulares, dodrantales vel pedales, tres vel plures ex una radice, inferne foliosi, basi foliorum vaginis scariosis et squamis nervosis circumvoluti et in bulbum conjuncti; folia culmo plerumque breviora flaccida, versus apicem ad margines scaberrima. Kyllingiae habitum refert.

Hanc speciem inter plantas Dregeanas sub nomine M. Dregeani Kunth accepi, qui ex descriptione in Cyperographia synoptica p. 120 longe alius, spicis compositis subquinis fasciculato-congestis et spiculis trifloris diversus. In speciminibus Kraussianis plantae nostrae spiculae plerumque quinqueflorae, in specimine Dregeano al-

---

*) Nomen primitivum mutandum erat ob speciem abyssinicam, quam eodem nomine insignivit et in Flora 1842, p. 543 descripsit Steudelius.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0375-7

tiori 7—9-florae sunt — hinc species, si mavis, ad Cyperos amandanda. (H.) — Inter arundines ad fl. Umlaas, Natal, Dec.

n. sp. 6. *M. radiatus Hochst.* Spicae plures umbellato-congestae sessiles; involucrum longissimum polyphyllum, phylla 8—11 (spicarum numero, ut videtur) inaequalia, margine scabra; spiculae densissime coarctatae patentes, lineari-lanceolatae, teretiusculae, uniflorae; squamae duae steriles, infima spicularum inferiorum e basi lanceolata in setam scabriusculam elongata, superiorum multo brevior mucronato-acuta, altera obtusissima, rotundato-ovata, punctis vel lineolis rubellis notata, spicula triplo brevior; squamae duae flosculum includentes evidentissime nervosae, inferior superiori angustiori circumvoluta, 15—17-nervis, inter nervos plerumque punctis vel lineolis pallide rubris inspersa, nervi quinque vel septem medii virides, ceteri pallidi; stamina tria, stylus trifidus, achenium oblongum trigonum olivaceo-viride (statu nondum perfecte maturo). Rhizoma crassiusculum breve, squamis fibrisque vestitum; culmus triangularis, sulcatus, pedalis, robustus, glaber, basi foliatus; folia culmum subaequantia, plana, rigidula, ad margines superne scabra.

Species M. macrocarpo Kunth valde affinis, sed spicis sessilibus, spiculis unifloris aliisque notis satis diversa. (H.) — Ad ripas fl. Umlaas, Natal, Dec.

32. *Kyllingia elatior Kunth.* — Ad ripas fl. Umlaas, Natal, Decembri.

292. *K. aurea Nees.* — Ad sylvarum margines circa Natalbai, Julio.

Trib. 2. *Hypolytreae.*

13. *Lipocarpha argentea R. Br.* — In lacustribus prope fl. Umlaas, Natal, Dec. (Aq. oxyd. ferri continens).

Melanocranis scariosa Nees, capitulis fuscis et nigris. — In Tulbaghskloof et ad latera m. Tafelberg, Majo, Julio.

191. 59. *Fuirena glabra Eckl.* — Ad ripas fluv. Umlaas, Natal, Dec.

F. gracilis Kunth. — In planitie capensi, Sept.

Trib. 3. *Scirpeae.*

180. *Fimbristylis complanata Link.* (*F. Kraussiana Hochst.* in schedulis scriptis). Nova species mihi primum visa erat, sed iteratum plantae examen speciem a F. complanata Link (Scirpo complanato Retz) non differre docuit, nec ab eadem Fimbristylem consanguineam Kunth specifice distinctam esse arbitror. Caryopsis laevis solum momentum distinctionis speciei Kunthianae est, sed vidi in specimine F. consanguineae Dregeano caryopsin ex maxima parte quidem laevem, sed ad angulos tuberculis paucis instructam (in F. complanata caryopsis ejusdem plane figurae et coloris, sed tuberculis minimis tota conspersa). (H.) — In paludibus prope fl. Umlaas, Natal, Dec.

185. *F. hispidula Kunth.* — In graminosis collium prope fluv. Umlaas, Natal, Dec., (copiose).

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0376-2

190. *Isolepis prolifera R. Br.* — In paludosis planitiei inter fl. Umlaas et Natalbai, Nov.

I. nodosa R. Br. — In uliginosis prope Constantiam, Sept.

I. Bergiana Nees. — In arenosis planitiei capensis, Nov.

I. pygmaea Kunth. — Ad sylvarum margines prope Natalbai, Nov. et in planitie capensi, Nov.

I. Eckloniana Kunth. — In arenosis planitiei capensis, Nov.

I. Hystrix Kunth. — Prope fl. Mosselbank, planit. capens., Aug.

I. incomtula Nees. var. *vivipara.* — In arenosis planitiei capensis, Nov.

I. digitata Nees. — Ad radicem m. Baviansklooof, Zwellendam, Decembri.

Ficinia brevifolia Nees. — In uliginosis planit. capens., Sept.

n. sp. s. n. *F. punctata Hochst.* Caespitosa, repens. Culmi pedales, filiformes, rigidi, teretiusculi vel subcompressi, sulcati, glabri, ad basin vaginis aliquot aphyllis striatis spadiceis, summa pallidiori vel albida, scariosa, saepe punctis rubicundis inspersa, acutis induti; capitulum polystachyum semiglobosum, vel sublobatum, involucrum diphyllum rigidum, phylla basi dilatata, apice obtusa, pagina inferiori sulcato-striata, superiori intra margines cartilagineos eleganter seriatim punctata, phyllum inferius subpollicare, alterum paulo brevius; spiculae plurimae ovato-acutae vel oblongae, squamae inferiores ovatae, mucronato-acutae, concavae, pallidiores, punctis rubris pictae, steriles, superiores carinatae, ex viridi et atrosanguineo variae, nervoso-striatae, ovato-acuminatae, mucrone subrecurvo, fertiles; stamina tria antheris apiculatis, ovarium stylo profunde trifido; caryopsis disco tenui subintegro suffulta, interne plana, externe convexo-obtusangula. (H.) — Ad rivulos radic. m. Winterhoek (Uitenhage), Aprili.

F. Steudelii Nees. — Ad rivulos prope Genadenthal, Zwellendam Dec.

F. albicans Nees. — In solo argillaceo-arenoso, Langekloof, (George), Mart.

F. gracilis Schrad. — Ad latus occid. m. Duyvelsberg et Tafelberg, Julio.

F. striata Kunth. — In uliginosis planitiei capensis, Julio.

F. secunda Kunth. — In uliginosis planitiei capensis, Julio.

F. Dregeana Kunth. — In arenosis planitiei capensis, Aug.

F. lateralis Kunth (= Schoenidium laterale Nees.) — In sabulosis, Van Campsbai, Majo. *)

F. scariosa Nees. — In sabulosis, Van Campsbai, Cap, Majo.

F. bulbosa Nees. — In sabulosis, Van Campsbai, Cap, Majo.

F. paradoxa Nees. — Ad latera mont. Tafelberg et Duyvelsberg, Julio.

F. filiformis Schrad. — Ad latus boreale m. Duyvelsberg, Jul.

---

*) In plantis Dregeanis sub nomine *F. lateralis Kunth* longe alia species distributa est, scilicet *F. acuminata Nees.*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0377-8

33. *Scirpus pterolepis Kunth.* — In paludib. sals. ad ostium fl. Umlaas, Natal, Dec.

S. maritimus L. — In stagnantibus, Zoetendalsvalley, Zwellendam, Dec.

n. sp. *S. spathaceus Hochst.* Culmus aphyllus, bipedalis, vel altior, teres, striatus, solidus, in paniculam digitalem, plus minus ramosam, angustam productus; rami ramulique paniculae compressi, ancipites, ad angulos scabri, basi bracteis spathaceis duris pungentibus (infima subpollicari, superioribus et ramulorum gradatim brevioribus) stipati, solitarii, gemini vel terni; saepe infra paniculam una alterave spatha vel vagina vacua adest. Spiculae alternae, rarius geminae vel ternae ovato-lanceolatae, acutae, multiflorae; squamae undique imbricatae, ovato-lanceolatae, mucronatae, stramineae, punctis sanguineis inspersae et nervo carinali viridi instructae; setae 3—6 retrorsum hispidulae; stamina tria antheris apiculatis, stylus trifidus, caryopsis trigona.

Vix dubie planta nostra *Schoenus inanis* auctorum plurimorum (e. gr. Kunthii in Cyperographia synoptica p. 338.), sed vix Thunbergii est. Phrasis diagnostica Thunbergii perbrevis multa dubia relinquit nec indicat, cur plantam nomine specifico *inanis* insigniverit. Culmus nostrae plantae solidus et squamae spicularum fertiles huic nomini specifico repugnare videntur, neque intelligitur, cur plantam Cyperaceam spiculis multifloris praeditam et genitalia setis cincta exhibentem ad Schoeni genus retulerit Thunbergius. Miror tamen, a Kunthio, qui certe nostram plantam ante oculos habuit, eandem inter Schoenos relictam nec ad Scirpos translatam esse, ipso recte observante (vide locum citatum p. 338): „Scirpos quosdam praesertim Sc. lacustrem et littoralem aemulat.“ (H.) — Ad rivulos prope Uitenhage, Aprili.

80. *Limnochloa capensis Nees.* — In paludibus ad fluvium Umlaas, Natal, Nov.

Sickmannia radiata Nees. — In arenosis planit. capensis, Nov.

Trib. 4. *Rhynchosporeae.**)

206. *Rhynchospora triceps Hochst.* (Cephaloschoenus oligocephalus ejusdem in schedulis scriptis — Schoenus triceps Vahl.)

---

*) Inter plantas capenses exsiccatas a Barone de Ludwig anno 1837 benigne communicatas e genere *Asterochaete Nees* novam speciem inveni, quam hic describem:

Asterochaete Ludwigii Hochst. Radix repens, stolones longos squamis acutis fuscis tectos emittens; culmus ultra pedalis, strictus, trigonus, sulcatus, glaber, foliatus; folia anguste linearia, complicata (vel si mavis subensiformia, profunde canaliculata), sulcata, rigida, apice triquetra, culmum aequantia vel superantia, fusco-viridia; capitula tria remote alterna, duo inferiora axillaria, infimum longe pedunculatum, oblongo-lanceolatum, sequens ovatum subsessile, summum terminale, e tribus congestis formatum, ovato-oblongum, majus (subpollicare); spiculae compressae, anguste lanceolatae, 2—3 lineas longae, fusco-spadiceae, biflorae; squamae inferio-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0378-4

Conjungunt quidem auctores plurimi hanc speciem cum Rhynchospora polycephala (Schoeno polycephalo Pers.) e. gr. ipse Persoonius in Synopsi p. 59. Röm. et Schult. in Syst. Veg. T. II. p. 74. et Kunthius in Cyperographia synoptica p. 291 — sed Neesius in Linnaea IX. p. 296 et 297 genere disjunxit, quod sane mirum est. Equidem ante oculos habeo specimina surinamensia Rhynchosporae polycephalae, nomini specifico vere respondentia, scilicet capitulis pluribus (10—12, uti Persoonius postulat) praedita; in his simul capitula duplo minora, albido-viridia (non aurea) itidemque spiculae duplo minores sunt, quam in planta capensi, cui Schoenus triceps Vahl ex descriptione optime respondet. Hinc duas species distinguendas esse puto. (H.) — In lacustribus prope fluv. Umlaas, Natal, Dec.

n. sp. 210. *R.* (*Calyptrostylis*) *spectabilis Hochst.* (in schedulis scriptis Calyptrostylis Rudgei). Culmus tripedalis, erectus, triangularis, foliosus, a basi usque ad medium foliorum vaginis tectus; folia plana, rigida, carina et margine serrulato-scabra, culmo breviora, summa cymarum pedunculos stipantia hos et illas longe superantia, in summa cyma quasi involucrum formantia (plerumque triphyllum ut in Cypero); cymae multiflorae, densae, e fasciculis pluribus compositae, cinnamomeo-spadiceae, terminalis major, axillares 1—3, infima remota, longe pedunculata, e spiculis paucioribus composita; spiculae lanceolatae, 4 lineas longae, 4—5-florae, squamae infimae breves late ovatae acutae vel mucronatae, flosculi hermaphroditi, squama ovato-elliptica masculorum superiorum squamas paulo angustiores includens, aeque ac reliquae univervis, setae 6—7 validae dentatae, inaequales, longiores ovarium nec tamen rostrum superantes; stamina tria, stylus longissimus apice breviter bifidus, basi incrassata calyptraeformi (ovarii rostrum formante) instructus; caryopsis obovato-compressa, cutis piscinae instar punctata, longitudine fere rostri intensius compressi, longitudinaliter sulcati et ad basin discreti. — In lacustribus ad fluvium Umlaas, Natal, Dec.

A Rhynchospora aurea Vahl, cui affinis, differt cymis condensatis et spiculis multo majoribus, nec ad Calyptrostylin Rudgei Nees, pro qua primum habui, pertinere generis auctor certiorem me fecit. Mirum est, a Kunthio in Cyperographia synoptica p. 293

---

res minores vacuae, superiores elongatae, ad carinam superne scabriusculae, flosculi hermaphroditi, setae sex scabrae, ovarium superantes, stamina tria, stylus trifidus, caryopsis elliptico-oblonga, trigona, brunneofulva, eleganter elevato-punctata, styli basi hispidula persistente rostellata.

Ab *Asterochaete tenui Kunth*, quae vix nisi *A. glomeratae Nees* varietas minor et tenuior, foliorum natura et longitudine aliisque notis abunde diversa, quamvis capitulorum forma et dispositione similis. Etiam *Asterochaete capitellata Nees* ex auctoris descriptione non solum a nostra differt culmo humiliori et foliis culmo brevioribus, sed etiam capitulis approximatis, squamis ad carinam glabris et praecipue caryopside, quae ab auctore punctulis impressis reticulatim favosa dicitur. (H.)

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0379-2

Rhynchosporam auream Vahl (Schoenum surinamensem Rottb.) et Calyptrostylin Rudgei Nees (Schoenum floridum Rudge) tanquam plantas synonymas tractatas esse, quas genere separavit Neesius. (H.)

Chaetospora circinnalis Schrad. (Ch. capillacea in schedulis scriptis). — In collibus prope Hemel en Aarde (Zwellendam), Decembri.

Elynanthus auritus Nees. (E. sylvaticus ejusd. in sched. scriptis). — In uliginosis inter m. Tafelberg et Leuwenkopf, Aug.

n. sp.? *E. Kraussii Hochst.* Culmus (saepe duo ex una radice) 1—1½-pedalis, subcompressus, sulcatus, firmus, basi squamarum et foliorum congerie, bulbum formante, circumvallatus; folia compresso-trigona, inferne canaliculata, superne angustissime ensiformia, ad margines scabra, alia culmo multum breviora, alia subaequantia, floralia eundem superantia; spicularum fasciculi axillares 2—3 cum tertio vel quarto terminali, e vaginis foliiferis ustulatis vel sanguineo-atris erumpentes; spiculae in fasciculum glomeratae paucae, geminatim conjunctae, atro-sanguineae vel atrae; bracteola concolor squamaeformis obtusiuscula spiculam subaequans et basi arcte amplectens, ut squamae spiculae infima esse videatur; squamae verae nonnisi tres, infima vacua, secunda 4—6-andra pistillo effoeto, tertia stamina octo vel novem et ovarium cum stylo trifido includens; stylus basi in bulbillum tomentosulum ovario impositum incrassatus. — In uliginosis ad latus montium Outeniqua, Jan.

Etiam inter plantas Dregeanas haec nova species sub n. 3944 indeterminata adest. (H.)

n. sp. *Sclerochaetium spirale Hochst.* (Lepisia ustulata in schedulis scriptis). *) Culmus (duo vel plures ex una radice) circiter bipedalis, penna anserina tenuior, obscure trigonus vel teretiusculus, erectus, 3—4-nodis (inflorescentiae nodis exceptis), rigidus glaber, basi squamis spadiceis foliorumque basibus et fasciculis dense circumvallatus; folia angustissime linearia, plana, etiam versus basin lineae latitudinem non superantia, rigida, margine et ad carinam serrulato-scabra, infima sanguinea, spiraliter circinnata (nec vero convoluta vel torta, sed plana), superiora erecta, viridia, longissime setoso-acuminata, culmum subaequantia; vaginae 1½—2-pollicares, arctae, superne sanguineae (praesertim inferiores) vel fusco-atrae, fissura inferiorum cancellata. Panicula spithamaea vel dodrantalis, erectiuscula vel subnutans, ramis erectis brevibus spicaeformis, rachis semiteres, altero latere canaliculata, glabra; rami plerumque ex una vagina bini, alter basi sua (pedunculo compresso) ex vagina bracteae lanceolatae longe acuminatae striatae atrofuscae breviter exsertus, alter brevior, pedunculo non exserto; spicularum fasciculi in singulis ramis 3—5 bracteati, bracteae ovato-lanceolatae, cuspidato-acuminatae, fasciculos paulo superantes, atrofuscae; spi-

---

*) Vera *Lepisia ustulata Presl* inter plantas Dregeanas sub nomine erroneo *Sclerochaetii involucrati Nees,* addito tamen signo interrogationis, occurrit.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0380-3

culae in fasciculo plerumque geminatim conjunctae, brevissime pedicellatae, tres lineas longae, subcompressae, spadiceae, ad basin bracteola aristato-acuminata stipatae, arista spiculam superante; squamae novem subdistichae, omnes breviter aristato-acuminatae, inferiorum aristulis spiculam non plane aut vix aequantibus; squamae sex inferiores vacuae, septima triandra setis et pistillo effoeto praedita, octava et nona flosculum hermaphroditum fertilem, setis plumosis ovario brevioribus dimidiam solum longitudinem attingentibus cinctum, includentes; stamina tria antheris mucronatis, stylus trifidus. — In summis montibus prope Ganadenthal, Dec.

Species distinctissima, cum descriptis non confundenda. (H.)

S. thermale Nees. (Lepidosperma thermale Schrad.) — Inter rupes in summitate m. Steenberge, alt. 2000—3000′. Dec.

n. sp. *S. angustifolium Hochst.* Culmus tripedalis vel altior, evidenter sed obtuse trigonus, inferne penna anserina crassior, basi squamis (vaginis aphyllis) 1—4-pollicaribus, rigidis, striatis, fusco-luteis foliorumque basibus dilatatis in bulbi formam dense circumvallatus; folia erecta, rigidissima, anguste linearia, marginibas serrulato-scabris revoluta (saltim in statu sicco), sulcata, culmo breviora, glaucescenti-viridia, culmea e vagina arcta dilute fusca vel sordide lutescenti bipollicari prodeuntia (fissura non cancellata), in apicem setiformem scaberrimum (serrulatum) longe attenuata. Panicula pedalis, ramosa, plus minus contracta, nutans; rachis inferne trigona, internodiis 4—5-pollicaribus, superne profunde canaliculata, internodiis multo brevioribus; ramus infimus plerumque solitarius, e vagina foliifera longe exsertus (pedunculo compresso ad margines scaberrimo), folio tamen multo brevior, ceteri terni vel subterni, lateralibus e vagina brevius vel vix exsertis; spicularum fasciculi in singulis ramis plures alterni, bracteis basi vaginantibus, ovato-lanceolatis, longissime aristatis, fuscis stipati; spiculae 4 lineas longae, compressiusculae, geminae, bracteolis oppositis inaequalibus aristatis interpositae, alterius bracteolae arista spiculam suam fere duplo superans, minoris vero spiculam vix aequans; squamae novem brunneae vel sanguineo-fuscae, ad margines pallidae, tres infimae ceteris triplo vel quadruplo breviores, mucronato-acutae vel brevissime aristatae, pariter ac tres sequentes gradatim majores, quae acutae sed inermes, his, quae sequitur, septima similis, triandra setis et pistillo effoeto praedita, spiculam aequans, octavam et nonam includens, inter quas flosculus hermaphroditus fertilis, cui setae sex plumulosae ovarium subaequantes, stamina tria antheris longe mucronatis, et stylus trifidus. — In solo argillaceo-arenoso, Zitzikamma, Mart.

Haec species proxime accedit ad illam, quam Schraderus in Analectis ad Floram Capensem in Comment. soc. Götting. Vol. VII. p. 137 descripsit et in tab. IV. fig. 4. delineari curavit (solum capitulum vel ramum paniculae, spiculam cum partibus fructificationis) et nomine Lepidospermatis Rottboellii insignivit. Multum

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0381-9

tamen nostra planta a figura Rottboellii (descript. et icon. tom. XVIII. fig. 2.) abhorret, quam ad suam plantam citat Schraderus. Figura Schraderiana et Rottboelliana vix ad unam eandemque speciem pertinent; sed bene vidit Schraderus, in figura et descriptione Rottboellii aliam plantam illustratam esse, quam Schoenum thermalem L. et Thunb. Ego in herbario meo Sclerochaetii quinque species evidentissime distinctas asservo:

1) *Sclerochaetium thermale Nees.* (Schoenus thermalis L. et Thunb. Lepidosperma thermale Schrad. optime delineatum in ejus Anal. ad Fl. cap. t. IV. fig. 5.) — Habeo lectum a Dno Dr. Krauss, specimen perbonum.
2) *S. Koenigii Nees.* (Lepisdosperma Königii Schrad. Schoenus thermalis Rottb. t. XVIII. fig. 2. — nec L.) — Habeo ex collectione Eckloniana Un. itin. sub n. 923. Optime respondet figurae et descriptioni Rottboellianae.
3) *S. involucratum Nees.* (Schoenus involucratus Rottb. t. XIX. fig. 1.) — Habeo ex collectione Dregeana — bene respondet figurae et descriptioni Rotttboellii.
4) *S. spirale Hochst.*
5) *S. angustifolium Hochst.* } supra descripta, a Dno Dr. Krauss lecta, specimina egregia et perfecta.

Supra dixi Scl. angustifolium meum ad plantam Schraderi in Analectis ad Fl. cap. (t. IV. fig. 4.) delineatam prope accedere, differt tamen a descriptione Schraderi non solum culmo altiori et robustiori, vaginarum fissuris non cancellatis et vaginis opacis nec apice nitidis, sed etiam ramis paniculae ternis et bracteis longius aristatis, styloque trifido. Spiculae figura cum fig. 4. a in tabula Schraderi citata congruit, sed ipsa haec spiculae figura omnino repugnat figurae c in tab. Rottboellii XVIII. 2, unde fit, ut suspicer, plantam Rottboellii, quam cum sua Schraderus contulit, non esse speciem eandem. Admodum juvenilis et immatura quidem est spicula a Rottboellio delineata, sex vix ea, ex qua statu maturo forma Schraderiana prodire possit. Meum specimen Sclerochaetii Königii, quod habeo ex collectione Ecklonianа, spiculis maturis gaudet, abhorrentibus a figura Schraderiana, sed prope accedentibus ad Rottboellianam. Idem culmum exhibet teretiusculum, ut vult Rottboellius in descriptione — Schraderus vero in planta sua culmum trigonum postulat. Hinc planta Schraderi sexta Sclerochaetii species esse videtur et facile in capite b. spei plures adhuc inveniendae. (H.)

Trib. 5. *Cladieae.*

Cladium Mariscus R. Br. — In paludibus planitiei capensis.

C. Marisc. var. — Ad latus montium Hottentotts-Holland, Novembri.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0382-5

Trib. 6. *Sterieae.*

42. *Scleria melanomphala Kunth.* — In graminosis prope fl. Umlaas, Natal.

Trib. 7. *Cariceae.*

Carex clavata Thunb. — In uliginosis planitiei capensis, Nov.

C. spartea Wahlenb. — In paludosis prope fluvium Umlaas, Natal, Sept.

Schoenoxiphium Dregeanum Kunth var *humile Hochst.* an distincta species? (specimina nimis imperfecta, ut rite dijudicetur). — Ad radicem m. Duyvelsberg, Julio. *)

---

*) Nova *Schoenoxiphii* species innotuit benignitate Baronis de Ludwig, qui anno 1837 plantas complures exsiccatas capenses indeterminatas mihi largitus est, inter quas sequens Cyperacearum species, quam nusquam descriptam inveni, occurrit;

Schoenoxiphium Ludwigii Hochst. Radix crassiuscula, repens, squamis fibrosis ferrugineo-fuscis vestita; culmus 1—2 1/2 pedalis, triangularis, foliosus, glaber; folia linearia, plana, tres lineas lata, glauco-viridia, nervoso-striata, sub lente acri utrinque elevato-punctulata, ad marginem minutissime denticulata vel crenulata (serie continua punctulorum similium, quibus tota superficies in pagina superiori et inferiori cutis piscinae instar obducta est); vaginae striatae glabrae, apice hinc membranaceae truncatae, ore fusco; capitula 3—4 alterna, infimum vel duo inferiora remota, pedunculata, ex foliorum summorum axillis oriunda, ovata vel oblonga, secundum vel tertium subsessile, summo terminali plus minus approximatum, hoc ceteris paulo majus (pollicare), e tribus dense congestis compositum, bractea foliiformi ad basin stipatum et tribus minoribus subulatis interstinctum; spiculae arcte glomeratae, ferrugineo-fuscae, singulae bracteola ovata squamaeformi ex apice obtuso mucronato-aristata vel in setulam viridem spicula plerumque breviorem exeunte suffultae; huic bracteolae aridae vel scariosae ferrugineae squama herbacea striata viridula punctis sanguineis picta opponitur, flosculum foemineum et rhacheolam compressam (vel potius alatam) apice squamatam et plus minus exsertam arcte includens; reliquae squamae omnes spiculam formantes pariter ac squamulae in apice rhacheolae undique imbricatae, masculae, ferrugineae, mucronatae, triandrae; ovarium squamae supra dictae inferne connatae et utriculum formantis cavitate reconditum trigonum et stylo trifido instructum; caryopsis ovalis triquetra, minutissime punctulata, breviter apiculata, straminea.

Proxime accedere videtur ad *Schoenoxiphium rufum Nees,* quod non vidi. Differt tamen haec species Neesiana ex auctoris descriptione culmo e semitereti trigono, squamis albo-marginatis et caryopside laevi. Caetera descriptionis bene conveniunt. Sed si nostram plantam ante oculos habuisset auctor celeberrimus et oculatissimus, sane folia cutis piscinae instar punctulata (sub lente acri conspecta) et rhacheolam compressam vel alatam non tacuisset. Rhacheolae dictae pars nuda in nostra planta mox perbrevis (tunc pars illius squamata ex utriculi fissura vix vel apice tantum emergit), mox vero pars nuda utriculum aequat (tunc pars squamata tota supereminet et utriculus fere usque ad apicem Caricum more clausus conspicitur). (Hochst.)

(Continuabitur.)

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0383-1

Naturgetreue Abbildungen der vorzüglichsten essbaren, giftigen und verdächtigen Pilze; nach eigenen Beobachtungen gezeichnet und beschrieben von C. A. Fr. Harzer. Dresden, Adler et Dietze. 1842—45. 4.

Es ist nun dieses Werk geschlossen, welches hiemit das neueste der ziemlich zahlreichen derartigen Werke ist; ob auch das vorzüglichste, möchte nicht unbedingt gesagt werden können; sein Preis von 24½ Thalern ist so, dass manche Ansprüche auf seinen Gehalt gemacht werden dürfen.

Es sind 90 Arten abgebildet und beschrieben, aber es nimmt sich in einem gebundenen Buche, wie das vorliegende, gar schlecht aus, wenn jetzt ein oder mehrere Agaricus, dann ein Boletus, dann eine Clavaria, nun wieder Arten der ersten Gattung u. s. f. durch eiander stehen, und also eine bestimmte Art gar nicht nach den Regeln der Systematik aufgesucht werden kann. Eine besondere Erläuterungstafel für die Terminologie ist recht brauchbar, auch sind die Fructificationstheile der Agaricinen dargestellt, es fehlen aber diejenigen der Morcheln u. a. Bei den Arten ist nirgends mehr eine Analyse, und selbst die Lamellen der Blätterschwämme sind in Bezug auf Zahl und Form nicht genau und scharf dargestellt. Bei den Löcherschwämmen sollte die Form der Röhrenmündungen etwas vergrössert angegeben seyn. Die Beschreibung ist unnöthigerweise ausgedehnt mit zahllosen Wiederholungen. Synonyme sind ausführlich angezeigt. Die Art der Zubereitung für die Küche wird deutlich angegeben, und allenthalben tritt es hervor, dem unbegründeten Verdachte der Schädlichkeit entgegen zu treten. Dadurch wird eine grosse Menge von Arten hereingeführt, worunter freilich auch solche sind, bei denen nicht im Entferntesten eine der im Titel ausgesprochenen Rücksichten statt hat, denn wer wird z. B. Appetit zu Phallus und Merulius lacrymans haben?! und womit könnten sie verwechselt werden? Warum fehlt aber Boletus piperatus, warum sind so wenige Clavarien gegeben, welche alle essbar, oder wenigstens nicht schädlich sind; wer erkennt den Boletus edulis, da die zerrissene Hutoberfläche nicht angezeigt ist und doch 2 Tafeln für ihn verwendet werden? — Neu ist eine Art: Boletus sapidus Harz.

Ein Werk dieser Art macht vorzugsweise Anspruch auf richtiges Colorit; im Allgemeinen ist dasselbe zwar allerdings recht gut, aber nicht selten lässt es die Art zweifelhaft, und fast überall ist

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0384-7

es nur zu schön; wo ist ein solcher violetter Agaricus laccatus, ein gar so lebhaft gefärbtes Hydnum suaveolens, ein solcher feurigrother Agaricus erythropus, ein Agaricus calopus mit solchen regelmässigen Rhomben-Maschen am Strunk?

Diese unbedeutenden Ausstellungen ist man der Wahrheit schuldig, ohne dass wir dadurch die Anschaffung des Werkes widerrathen möchten, weil kein anderes zu gleichem Preis gleiche Vollständigkeit und Schönheit besitzt, aber es macht nicht eine spätere Arbeit Anderer überflüssig, welche mit bestimmterer Tendenz und bei mässigerem Preis dem Laien wie der Wissenschaft mehr Nutzen bringen könnte.

S—n.

Anzeigen.

Von den Japanischen Pflanzen, welche ich in Nro. 33. S. 527. dieser Blätter zum Verkaufe angeboten habe, sind nur noch 2 Centurien vorhanden, welche ich, um damit schneller zu räumen, zu dem herabgesetzten Preise von $2\frac{1}{2}$ Friedrichsdor pr. Centurie ablasse. Kaufsliebhaber belieben sich in frankirten Briefen zu wenden an

H. Göring, Thierarzt I. Classe
in Pr. Oldendorf, Regierbez. Minden in Westphalen.

Verkauf eines grossen Herbars.

Durch den Tod seines Eigenthümers ist ein sehr bedeutendes Herbar zu verkaufen. Dasselbe enthält folgende Pflanzen: Die Flora von Frankreich und Deutschland, darunter Alles, was beim Strassburger Tauschvereine eingegangen ist; diejenige der Schweiz sehr reichlich (der Eigenthümer war mehrmals im Oberland, in Wallis und besonders in Graubündten, so wie im angränzenden Tyrol und Veltelin), die seltnen von ihm nicht gesammelten Arten kommen von Thomas u. a.; aus dem südlichen Italien, Sicilien und Malta, gesammelt durch Daniel Schlumberger; aus Spanien von Boissier und Reuter; aus Portugal von Welwitsch; die rumelischen Pflanzen von Frivaldszky; die griechischen von Spruner und Heldreich; die schottischen vom Edinburger Tauschverein; die norwegischen und schwedischen von Verschiedenen; die caucasischen und podolischen von Hohenacker; die sibirischen von Turczaninow und einige vom Strassburger Tauschverein; aus Labrador und Grönland von Verschiedenen; die algier'schen von Bové; die ägyptisch-arabischen von Wiest und Schimper; die nubischen von Kotschy; die abyssinischen von Schimper; die carischen von Pinard; die syrischen und

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr06163-0385-2

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1845

Band/Volume: 28

Autor(en)/Author(s): Krauss Christian Ferdinand Friedrich

Artikel/Article: Pflanzen des Cap - und Natal - Landes 753-766